

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

4 Delegatus ecclesiasticus, nec pro labore potest aliquid extra  
esculentum, & poculentum, licite accipere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

- \*3 Subreptitia non est petitio pueri, quae ut dispensationem obtineret contrahendi cum affine, narravit se pauperem, si tunc pauper erat, licet sive haberet patrimonium magnum.
- \*4 Delegatus ecclesiasticus, nec pro labore potest aliquid extra esculentum, & poculentum, dicere accipere.

- beant, mala est, & contra ius commune.
- 2 Capitulum vocem, illam non habentibus aliquo discrepante communicare non potest.
- 3 Lex quoad unam partem per non usum & deficiendam vel, si potest, & non quoad aliam.

## DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 12. in Novis, &amp; in antiquis.

**P**rotochalecum eccliam adcepimus, & infra annum non ordinatus, cessante legitimo impedimento, perdit illum; cap. licet canon. & capitulu commissa, de elect. in 6. nec ad constituentem eum in mora & negligenter suscipiendo presbiteriu requiritur monitio vila superioris ultra illam, quae iure communis fit; In d. capitulu, licet canoni & capitulu commissa. Neque ignorantia iuris excusari potest, cum parochiale in eccliam accipiens id scire tenetur, in iure autem noto, paria iudicantur sciare, & scire debet leg. quod te, si cer. pet. Et fructus post primum annum male perceptos, & etiam quos intra illum percepit, si receperit, & possidet eccliam intendendo non se promoueri facere intra illum, d. cap. commissa, §. ceterum. restituere tenetur ei, cui ecclia illa postea conferitur; eo q. fructus Ecclesie vacantis conuerti debet in utilitate eius illa vacante, vel tradi primo successori. cap. cum vos, de officiis ordin. & cap. Quia sepe, de elect. in 6.

## DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 8.

**C**ongregatio clericorum, & laicorum ad educandos, & regendos orphanos instituta, religiosa est, & regularis sub regula Sancti Augustini, & à Sede Apostolica approbat, Ita Pius V. in sua Bulla, quam ad supplicationem Congregationis concessit, quae non est ex motu proprio, vnde nec in Bullario habetur, & clerici, & alii personae in ea professa, religiosi, & regulares ipsius congregacionis, à iurisdictione, & auctoritate ordinariorum, tam legitima praescriptione exemptionis per quadraginta, & amplius annos, capitu de quarta, de prescr. quam Apostolica concessione Pauli Tertii in sua Bulla, quae incipit, Altitudine edita 1540. constit. 30. exempti censentur,

## DECISIO III.

XIX. de rescriptis in Novis, deest in antiquis.

\*3 Dicit id, quod nunc habet, & reliquit pater, ac quod a matre, seu alijs est in iuris extorquere potest. Illud autem quod certò sperat titulo voluntario habere patrimonium eius non auger, nec facit ut pauper esse definit: vnde nec subreptitia pueri talis peritio censenda est, quae ut obtineret dispensationem contrahendi cum affine, narravit se incompetenter dotatam, quae vere tunc erat talis, etiam si ipsa, & sponsus hanc confidentiam haberet, quod mater aut alij ultra partem debitarunt, titulo donationis, aut alio voluntario magnum patrimonium postea daturi essent.

## DECISIO IV.

XXI. De rescript. in Novis, deest in antiquis.

\*4 Dilegauit, ut sunt Episcopus, & Vicarius, quibus committuntur dispensationes matrimoniales cum clausula (Per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu frater Episcope, seu filii Vicarii, deposita per te omni spe cuiuscunq; muneri, aut premij etiam sponte oblati, a quo te omnino abstinere debere volumus, de premissis diligenter te informes) nihil pro labore, & occupatione accipendi informationem testium, etiam sponte oblatum, praeter esculentum & poculentum, accipere possunt. c. statutum §. infuper, de rescrip. in 6.

## TITULUS IV.

De Consuetudine.

## SVMMA RIVM.

1 Consuetudo, qua solum prudentiores vocem in Capitulo ha-

## DECISIO L

Ex consil. 1. alias 2.

**C**onsuetudo quorundam Religiosorum, qua solum prudentiores res, & aetate maturiores, vocem & suffragia in Capitulo habeant, & admittantur in electionibus superiorum, & mala est, & contra ius commune, mala quidem, quia licet illa ratione bona nisi videatur, quod docet, ut prudentiorum, eruditiorum, ac matiorum suffragia pluris aestimantur, quam aliorum: aliam tamen ratione mala est, quia pauciores facilis subornantur, quam plures, & alijs superbiendi, alijs inuidendi, & omnibus dissidendi occasio non parua datur: Contra ius etiam commune est, quod regularis professus, & subdiaconus non habeant vocem in Capitulo, etiam in electionibus praetorium, cap. Ex eo, §. 1. de elec. in 6. & Cle. vij qui, de pta. & qualit.

## DECISIO II.

**C**apitulum vocem, quae competit ei in eligendo, alijs quibus ea non competit, communicare non potest nisi concors fuerit, & nemo discrepauerit.

## DECISIO III.

Ex consil. 2. alias 1.

**L**Ex, & statutum quocunque, quod unam partem tolli, & quod alteram validum manere potest. Derogatur, ss. de verb. sign. ut proinde quod illam solum obliget, & non quod alteram, quae per non usum, & deficiendum tollitur. §. leges, dist. 4.

## TITULUS V.

De Electione, &amp; Electi potestate.

## SVMMA RIVM.

- 1 Electionis confirmator, de ea agnoscere, supplere, & inquirere potest.
- 2 Electio facta post tenebras iure antiquo valida, sed non iure novo.
- 3 Electio post suffragiorum collationem statim facienda, & quando ex intervallo facta valeat.
- 4 Electio, ubi unus suffragium suum socio detegit, valet.
- 5 Electionem à maiori parte factam non admittens, peccat.
- 6 Voce actiua, & passiva priuatus, quibus censeatur priuatus.
- 7 Scrutatores in electione falso miscendo, grauiter peccat, & illa nulla est, & ipsi arbitrarie puniendi.
- 8 Voce actiua, & passiva suspensus, per alios modos, quam electionis, beneficia assequi potest.
- 9 Suspensio irregularitatem inducens appellatione non suspenditur, & que illa sit.
- 10 Generalis Minimorum quare immediate fieri non possit Vicarius, vel Procurator Generalis.
- 11 Electio facta, praesente excommunicato denunciato, non valet.
- 12 Prelatus, & Conuentus diuersa, adeo ut proprii praetatus non est de Conuento.
- 13 Generalis & Definitores cum maiori parte Capituli modum eligendi iuri communi conformem, nec in toto, nec in parte tollere possunt, absque Papae licentia.
- \*14 Electio, ut valeat, a maiori parte fieri debet.

DE